



**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,  
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,  
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,  
ex Eusebio Cæsariensi ...**

**Eusebius <Caesariensis>**

**Haer. Chr. Egen., 1571**

**VD16 E 4284**

108. Ex Libro VII. Iovinianus Imperator pius & catholicus, ad Episcopos  
Macedonios, offerentes ipsi literas contentionum plenas: Ego contentiones  
odi. Eos autem qui ad concordiam festinant, diligo ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

108. EX LIBRO VII. IOVINIANUS  
 Imperator pius & catholicus, ad Episcopos  
 Macedonios, offerentes ipsi literas  
 contentionum plenas: Ego contentiones  
 odi. Eos autem qui ad concordiam  
 festinant, diligo pariter & honoro.

Cap. 4.

*Aematheis plenas ferrent cùm lite tabellas,  
 Præsulibus Cæsar sic Iouianus ait:  
 Damniferas odi rixas litesq; feroces,  
 Iurgia quòd multis ansa fuère necis.  
 Diligo sed facilis quibus est concordia cordi,  
 Pacificos omni dignor honore viros.  
 Viuite concordēs, concordia qualibet auget,  
 Dissipat ast discors optima quæq; status.*

109. DE MULIERE QVADAM  
 Edessena, quæ cum filio ad Christiano-  
 rum cœtus, in templum S. Thomæ  
 properans, spontè ad martyri-  
 um cum filio se obtulit.

Capit. 32.

*Ad templum populus quondam confluxit Edessa,  
 Disceret vt veri dogmata vera Dei.  
 Diceret & laudes toto de pectore Christo,  
 Diceret aeterno pro bonitate Deo.*

*Impius*